UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Specvlvm Magnvm Episcoporvm, Canonicorvm, Sacerdotvm Et aliorum Clericorum omnium tam Secularium quam Religiosorum

Tympe, Matthäus

[Köln], 1614

141. Missæ sacrificium magna reuerentia & deuotione offerre.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51447

Visual Library

Signvm CXLI.

Diuiniſſimum miſſæ ſeu altaris ſacrificium magna cum veneratione peragere & firmiſſima ſubſidia virtutis ab eo petere.

S*Anctus Ambroſius* ad ſacrificium celebrandum ita aſſiduus erat, vt quotidie illud ageret, ſumma præuia animi præparatione; quolibet vero die dominico in Eccleſia ſuis concionibus populum docendum ſuſcepit.

In prec. 1. ad miſſam & Epiſt. ad ſororem. Aug con. li.5 c.13.

2. *S. Ioannes* Epiſcopus Alexandrinus cum populus audito Euangelio miſſam non magni faceret, ſed ſtatim templo exiret intermiſſa celebratione egredientes ſequi cœpit, dicens: Filioli vbi oues illic & paſtores adeſſe oportet, aut intrate, & ingrediar, aut manete hic & hic manebo; atque ita ipſis pudorem iniecit, vt nunquam deinceps prius ab altari diſcederent, quam Sacerdos peracto beneficio benedictionem daret.

Leontius Epiſc. In vitis pp.

3. *Thomas Cantuarienſis* Archiepiſcopus ita verſabatur in altaris officio ac ſi paſſionem Domini coram ſe agi vidiſſet, vſque adeo affixam habuit mentem tempore immolationis ſacrificij illi ſanctæ meditationi dominicæ paſſionis.

Iud. Clich. in opus. De vita & moribus Sac. c.13.

4. *P. Chriſtophorus* Madridius Soc. Ieſu Doctor Theologus in tractatu de frequenti vſu Sacramenti Euchariſtiæ ſcribit, ſe legiſſe & à quibuſdam viris grauiſſimis accepiſſe Æthiopiæ Eccleſiam quæ pretioſi Ioannis, vel vt alij Presbyteri

Chryſ. ho. 61. ad pop. indignus communione corporis Chriſti et-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

iam indignus communione quæ fit per preces.

Ioannis potentiſſimi Regis imperio paret a... poſtolorum temporibus vſque ad hanc no... ætatem ſanctam illam traditionem & conſ... dinem ſumma conſenſione & perpetua re... ne ſeruaſſe & retinuiſſe, vt quicunque ad ſa... cium miſſæ conueniunt, ad vnum omnes ſa... communionem accipiant. Quotidie autem ... gulis Eccleſijs vel cœnobijs vna duntaxat ... eos fit miſſa.

V. Triumphum.

5. Venerabilis *Beda* ait: *Sacerdos non le... impeditus celebrare omittens quantum in eo eſt ... Sanct. Trinitatem laude & gloria, angelos lætitia ... catores venia, iuſtos ſubſidio & gratia, in purga... exiſtentes refrigerio, Eccleſiam ſpirituali Chriſti ... cio & ſeipſum medicina & remedio.* Pluribus ha... Bonauent. tract. de modo præp. ſe ad celebr... ſæ.

6. *Caſsius* Narnienſis Epiſcopus quotidie ... ſam celebrans Euchariſtiam ſumpturus ... tum prorumpebat.

Lãghecru. de vit hon. Chr. li. 6. c. 14.

7. *Carolus Borrhomæus* Card. Archiep. Me... ſingulis diebus rem diuinam faciebat ſæpe ... lachrymis & antea confitebatur. Sæpe ... plus quam mille communicantibus vno d... cramentum Euchariſtiæ propriis manibus ad... niſtrauit. In itinere ſi forte videret Sacerd... deferentem Euchariſtiam ad ægrotos pri... flexis genibus adorabat, poſtea comitab... eam domum vſque, etiamſi longius diuerte... itinere ſuo.

8. RR. PP. Societ. Ieſu quotidie hoc ſa...

lum pro ſe ſuisque diſcipulis &c. immolant illius exemplo qui pro peccatis filiorum, diebus ſingulis ſacrificium offerebat. Nec eſt dubitandum quin preces aſſiduæ multum polleant, gemitusque & lachrymæ magiſtrorum diſcipulis maxime proſint.

9. Etiam alij Clerici boni quotidie defunctorum animas, quæ in purgatorio igne purgantur ſacrificio miſſæ & ſuffragijs adiuuare ſtudent, quia iſtam humanitatem naturæ humanæ Societas ab ipſis poſtulat, & præſtantiſſimum eſt opus in mundum alterum tranſmittere beneficia, non intercludi morte commercia humanitatis noſtræ. Præcipue autem erga animas purgatorij hanc miſericordiam exercent.

1. Quia iſtæ ſunt in maxima inopia, nec poſſunt ſibi ipſis ſubuenire, & grauiſſimis affliguntur pœnis. 2. Quia omnes ſunt prædeſtinatæ ab ipſa æternitate, ſunt Deo amicæ, & ornatæ gratia, atque adeo confirmatæ, & cœleſtibus præmijs deſtinatæ, ac potituræ maximo regno ac opulentiſſimo. 3. Quia norunt quanti ſit æſtimanda gloria beatorum, ac viſio Dei quanti facienda, vel per vnam horam duntaxat. 4. Quia eam exigua & facili opera animabus illis poſſunt comparare. 5. Quia rem pergratam faciunt ipſis primũ animabus, deinde cœleſti ciuitati cuius ciues multiplicant & carcere liberent. 6. Quia animæ iſtæ iam liberatæ & beatæ erunt gratiſſimæ, cum in ipſis agnitio beneficij

ſit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſit clariſſima, voluntas promptiſſima, facu
remunerandum maxima. 7. Quia efficie
vt qui in mortuos pij ſunt dum viuunt, v
diſceſſerunt viuentium pietate fruantur.

S. Franciſcus (teſte D. Bonar. c. 9.) cum
miſſæ ſacrificio ita lachrymas fundebat, ac
Chriſtum in cruce pendentem intueretur,
vt & alios ad fletum prouocaret. Conclu
illo S. Auguſtini de dignitate ſacerdotum. (
neranda ſacerdotum dignitas, in quorum
bus Dei filius, velut in vtero virginis incar
O felices Sacerdotes ſi ſacerdotaliter vixer
cœleſte myſterium, quod per vos Pater &
& Spiritus Sanctus tam mirabiliter opera
per tam ineffabili miniſterio veſtro, quo
eodemq; momento idem Deus, qui præ
cœlo, in manibus veſtris eſt in ſacrificio! c
miratur: horreſcit infernus: contremiſcit
lus: reueretur quam plurimum angelica
do. Quid retribuam Domino (vt taceam c
teris) quæ retribuit mihi pro tam ſingulari S
dotio mihi impenſo; quod eſt datum opt
& donum perfectum? Verbi gratia, ille qu
uit me ſine me, creatur mediante me, &
ex nihilo cuncta, creauit ſine me (ſi fas eſt d
dedit mihi creare ſe. O venerabilium ſanct
manuum! O fœlix exercitium, vbi tractat Sa
dos Chriſtum Dei filium, cuius deliciæ ſun
cum filiis hominum! O Sacerdotes atten
Maior eſt dignitas vobis collata, quam An
qui adorant quod vos conficitis, nec ipſi c
cere poſſunt. O altitudo ſapientiæ Dei! O

is Clementiæ Saluatoris! Quod datum non eſt Angelis conceſſum eſt homini. Sacerdos hoc Sacramentum ineffabile conficit: Angelus conficienti ſibi quaſi famulus aſſiſtit. O quam venerabile, quam glorioſum, quam inſigne fuit apud antiquos nomen Sacerdotij? Sed hodie quid abiectius eo? quid vilius? O Sacerdotes, ſi anima cuiuslibet iuſti ſedes Dei eſt, multo vos magis ſedes & templum Dei eſſe debetis mundum & immaculatum. Si ſepulchrum eius glorioſum eſt, in quo corpus iacuit exanime glorioſiora & digniora eſſe debent corpora veſtra, quæ à morte ſuſcitatus quotidie dignatur inhabitare. Si Beatus eſt venter, qui nouem menſibus Chriſtum portauit: etſi non tantum, tamen beata eſſe debent corpora veſtra, in quibus quotidie elegit ſibi hoſpitium filius Dei. Si beata ſunt vbera quæ paruulus ſuxit, ita debet eſſe os beatum, quod carnem eius ſumit, & ſanguinem ſugit. Carnes ergo veſtras cum timore eius configite, & vobis diligenter prouidete, ne lingua, quæ loquendo vocat de cœlo filium Dei, contra Dominum loquatur; & ne manus quæ intinguntur ſanguine Chriſti, polluantur ſanguine peccati. Præmia offerentium hoc ſacrificium V. in Triumpho.

Signvm CXLII.

Mores ſolutos vitare.

Clerici boni cauent ne de ſe dicatur, quod apud Baronium Anno Chriſti 286. de Torquato